Quelle: http://manuscripta.at/?ID=496
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Sicut radius solis splendorem fac(it)
sic et pater filium emittit un(de)
splendor patris ... usque similis
...

denique quidque sive theologicum sive naturale sive quodli
bet aliud. prout potest intelligi ita etiam aggredi intellectu opor
tet. ne quem in proportionum in operationibus extra illa propter
que operationes inducuntur. aliqua fanthasia imaginatio
nis decipiat. Sed de proposita questione que ex principiis nata
lium rationum quesitum est. an sit essentia eorum qui proprietati
bus invicem a se sunt alii. et an proprietatum diversitas faciat a
se invicem alios quorum non est diversa essentia. et theologicis rationibus
demonstratum quod qui a se invicem alii sunt non nisi una significari.
et individua. et omnino simplici essentia sunt id ipsum quod sunt.
naturalibus vero quod quamvis una essentia sunt. id quod sunt proprieta
tum diversitatibus absque illa que vero nomine alteritas vocatur a se
invicem alii sunt. satis dictum est. Nunc o simache et quicumque alii sa
pientes. quibus hanc questionis investigationem vestri iudi
cii cupidus offerenda curavi. subtilitas formate rationibus
questionis expectat normam id est regulam vestri iudicii cuius
quasi quadam appositione. hec que de questione dicta sunt
vere. et ordine congruo esse dicta monstrentur. Quod et ipse sup
ponit dicens. Que videlicet questionis subtilitas utrum
recte an minime ordine et perfectione rationum decursa sit.
id est ad usque terminum explanationis deducta. statuet. sola
vestre pronunciationis auctoritas. quod si divina gratia opi
tulante argumentorum idonea adiumenta prestitimus catholicorum
sententie. sponte. id est sine rationum argumentis firmissime fun
damentis fidei id est que in fide fundate. leticia perfecti operis
nostri illuc remeabit unde venit effectus id est in eo letabimur
deo scilicet trinitate quo auctore perfecimus. Quod si humani
tas. id est humane nature infirmitas nequivit ascen
dere ultra se id est scilicet in effabilia ex rationum locis osten
deret. quantum intelligentie inbecillitas perfecti
oni operis subtrahit. tantum incomprehensibilibus
semper herentis voluntatis. vota supplebunt.

Ex illius de qua symacho
boetius scripserat questionis investigatione
satis manifestum erat predicamenta naturalium ge
neribus rationibus que diversa quarundam pro portionibus
rationum. ad theologica transferri. et de deo quoque

et ut quidque
intelligi potest.
ita etiam aggre
di intellectu o
portet. Sed de pro
posita questio
ne satis dictum
est. Nunc vestri
normam iudicii
expectat subli
mitas questio
nis que utrum
recte decursa
sit. an minime.
vestre statuet pro
nunciationis
auctoritas.
Quod si senten
tie fidei fun
damentis spon
te firmissime
opitulante gra
tia divina ido
nea argumen
torum adiu
menta presti
timus. illuc
perfecti operis
leticia remea
bit unde ve
nit effectus.
Quod si ultra
se humanitas
nequivit ascendere.
quantum inbecilli
tas subtrahit vo
ta supplebunt.